



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

De literis quiescentibus, & mappic. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)

se daghes, *וְ* חוּכָה.


3 In medio, & fine, post vocalem breuiem semper est daghes, aut sceua silens, nisi notetur accentu: nam in שְׁבַח habitare, illud בּ propter accentum nō habet daghes, aut nisi sit camets chateph, præsertim deductum ex cholem, *וְ* קְרָשִׁים.

4 In medio, & in fine post sceua mobile, & puncta rapta, semper est raphe, præterquam in hac voce שְׁתֵּי שְׁתֵּים duo.

5 In medio, & in fine post sceua quiescens semper est raphe, præterquam in literis כַּפֶּת בְּנֵר quæ habent daghes lene: exceptis paucissimis, *וְ* עֲבָדֵי מַלְכוּת, regnum, עֲבָדֵי serui, & similibus.

CAP. V.

De literis quiescentibus, & mappic.

 Vattuor literæ, quæ hoc nomine continentur אֶהָי ehe- Literæ cur dicantur quiescentes. *וְ* וֵי, quiescentes dicuntur, quia interdum proprio puncto vocali destitutæ, nullum sonum auribus exhibent,

bent, sed in præcedenti puncto quiescunt: cuius rei ratio est quòd, ut supra diximus, iis utebantur olim Hebræi loco vocalium: nunc autem inventa sunt puncta, quæ earundem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque necessariò literæ istæ, post inventa puncta, interdum sonant, interdum quiescunt: sonant quando funguntur munere suo, id est consonantium: quiescunt quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

Explicemus de singulis seorsim.

ק quibus in
locis quiescit.

ק quiescit in medio, & in fine post omnes vocales longas, & interdum post segol, & patach, ut קמח *juncus*, & קנין & *dominus*.

ה quando
quiescit.

ה quiescit solùm in fine post camets, tsere, cholem, longas vocales, & post segol, & patac, breues, ut הוה *os*, הוה *quis*: post alias vocales longas non facilè reperitur litera ה: tamen, si inuen

inueniretur, sine dubio etiam in illis
quiesceret.

Exceptio de Mappic.

Est autem obseruandum, interdum ה in
fine post longam vocalem non quiescere.

¶ Quando in
fine dictio-
nis nō quies-
cit.

Ad quod significandū scribitur tunc pun-

ctum quoddam in medio ejus hoc modo, ה,

vel sub illa, hoc modo, ה: quod quidem pun-

ctum non est daghes, quia non duplicat,

nec roborat literam, sed est מַפְּיִק mappic,

id est eductor, quia educit sonum, dum facit

Mappic
quidnam fit

ut litera sonet, quæ alioquin quiescisset.

Solet verò mappic potissimum adhiberi

in pronomine affixo generis fæminini, ut

בְּנֵה filius ejus: præterea in nomine Dei

אֱלֹהִים, & in quattuor verbis,

admirari, superbire, amare, splendere.

הַמָּה בְּנֵה כְּמָה נָנֵה

quiescit in medio, & in fine post

¶ quando
quiescit,

tsere, segol, & chiric: aliàs sonat ut j,

consonans. Porro in fine post ca-

mez, patach, cholem, & sciurec coa-

lescit cum præcedente, ut vocalis in

C diphth

diphthongum, vt אֲדֹנָי adonai, Dominus, trisyllabum: דְּבָרַי devarai, verba mea, similiter trisyllabum: גּוֹי goi monosyllabum, gens בְּנוֹי banui, edificatus, duarum syllabarum. Interdum etiam recipit mappic, vt in dictione מַלְכוּת regna, & ראשית principia.

¶ quando admittit Mappic.

¶ quando quiescit.

¶ quiescit in medio, & in fine sub cholem & in sciurec: aliàs sonat vt v, consonans, & in fine post camets, & patach, tsere, & chiric, coalescit in diphthogum, etiamsi intercedat jod quiescens, vt דְּבָרָיו devarau, verba eius, קַו kau, linea, שָׁלוֹ schaleu, quietus, פִּי piu, os eius.

Appendix.

Literæ quiescentes sunt necessariae.

¶ Notandum verò est, quiescentem litteram necessariam esse ad longarum vocalium prolationem, & ideo semper eis vel actu, vel potestate adesse: idcirco enim in illa sententia, לֹא תַעֲטֶה לְךָ פֶסֶל non facies tibi sculptile, illud פ non habet daghes lene, quia precedit ה, virtute

cont

contentum in camets dictionis 77.

2 Præter hæc puncta jam explicata, quacumque alia lineolæ, notulæ, apices, quacumque forma, vel situ occurrant, accentus habendi sunt, excepto signo, vel circulo כתיב, id est scriptio, de quo in capite sequenti, appendice secunda.

CAPVT VJ

De Accentibus.

Accētus Hebræis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rhetoricus retinet syllabam, vel coniungit cum alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit syllabam, vt accentus acutus Græcorum, & præterea distinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ: Musicus designat tonum, quo syllaba cani debet.

Accentus
RhetoricusAccentus
GrammaticusAccentus
Musicus.

2 Porro Rhetorici accentus quatuor sunt. Primus dicitur Metheg, id est, frenum, cuius officium est retine-